DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Wiedererrichtung der Heilig Geistbruderschaft in Silz

Pfarrarchiv Silz

29.11.1741

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7517.A87

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-61784

Visual Library

Cels:mi et Rev:mi Dñi Dñi Caspari Ignatij Epi, et S. R. I. Principis Brixinensis
Suffraganeus, et Vicarius in Spiritualibus Generalis. Nos Ferdinandus Josephus Gabriel
DEI, et Aplicae Sedis Gratiâ Epus Hypsopolitanus, Comes à Sarnthain, Dominus in Rottenbuch, Kellen
berg, et Kranzstein, Semes Praepositus, et Canonicus Cathedralis Eccliae Brixinensis nec non Consistorij Praeses,
ac Praepositus Eccliae Collegiatae B. V. M. in ambitu Brixinensi. Salubribus piarum mentium desiderijs
eò promptiùs cooperamur, quo certius scimus, nonnisi uberrimos provenire fructus. Cum igitur Nobis per
Nobilem ac Rndum Josephum Matthiam Ingramb Parochum in Hl. Huius Brixinensis Dioecesis humiliter
expositum fuerit, qualiter in Ecclia Parochiali eiusdem existente iam antiquis temporibus
confraternitas quaedam sub Titulo SS. Trinitatis erecta quidem, et instituta, sed temporum iniuriâ ac
varietate penitus collapsa fuerit, et idcirco eandem Confraternitatem ad maiorem omnipotentis
DEI gloriam restaurare, ac resuscitare intendat, ut autem haec nova erectio, seu resuscitatio futuris
temporibus inconcussa permaneat, Sedulò ac humiliter institit, et supplicavit, quatenus dictas Confrater
nitatem approbare, et confirmare, alijsque ut omnes utriusque sexus Christi fideles ad eandem recipi, et ad
mitti possint, licentiam concedere dignaremur. Nos igitur pijs eorum Votis et Sanctis petitionibus
huiusmodi favorabiliter annuentes, praedictam Confraternitatem noviter erigi, institui, et resuscitari
decrevimus, ac concessimus, prout eandem Authte, quâ fungimur ordinariâ, tenore praesentium una
cum regulis et Statutis eiusdem Nobis exhibitis approbamus, confirmamus, ac receptam, confir
matamque declaramus, decernentes, ut haec confraternitas non solum sub directione Parochi eiusdem
semper permaneat, sed etiam Patrem Spiritualem, et Rectorem eiusdem praefatum modernum Parochum,
et omnes subsequentes, ac pro tempore existentes Parochos ibidem in Hl. deputantes, eidemque
receptionem et inscriptionem Fratrum et Sororum gratis praestandas committentes, quas in Visceribus
Dñi Nostri Jesu Christi amanter complectimur, et Paterne benedicimus. In Nomine SS. [illegible]
Individuae Trinitatis. Amen. In Quorum fidem &c. Datum in Consistorio Brixinae die 29. 9bris
1771.

Fer. Josephus Epus Hypsopolitanus
Vicarius Glis

Jo. Georg. Gillmann Consist. Cancel.

Cels:mi et Rev:mi D̄ni D̄ni Caspari Ignatij Ep̄i, et S. R. I. Principis Brixinen.
Suffraganeus, et Vicarius in Spiritualibus Generalis &c. Nos Ferdinandus Josephus Gabriel
DEI, et Ap̄licæ Sedis Gratia Ep̄us Hypsopolitanus, Comes a Sarnthein, Dominus in Rottenbuch, Kelle-
burg, et Kranzstein, Comes, Præpositus et Can:cus Cathedralis Ecclæ Brixinen. nec non Consistorij Eccles.
ac Præpositus Ecclæ Collegiatæ B. V. M. in ambitu Brixinen. Salubribus piarum mentium desiderijs
eo promptius cooperamur, quo certius scimus, nonnisi uberrimos provenire fructus. Cum igitur Nobis per
Nobilem ac Vblem Josephum Mathiam Ingram [illegible] Parochum in [illegible] huius Brixinen. Diœcesis humiliter
expositum fuerit, qualiter in Ecclia Parochiali ibidem existente iam antiquis retro temporibus
confraternitas quaedam sub Titulo SS. Trinitatis erecta quidem, et instituta, sed temporum iniuria ac
varietate penitus collapsa fuerit, et idcirco eandem Confraternitatem ad maiorem Omnipotentis
DEI gloriam restaurare, ac resuscitare intendat, ut autem hæc nova erectio, seu resuscitatio futuris
temporibus inconcussa permaneat, sedulo ac humiliter petiit, et supplicavit, quatenus dictam Confrater-
nitatem approbare, et confirmare, atque ut omnes utriusque sexus Christi fideles ad eandem recipi, et ad-
mitti possint, Licentiam concedere dignaremur. Nos igitur pijs eorum votis et laudatis petitionibus
huiusmodi favorabiliter annuentes, praedictam Confraternitatem noviter erigi, institui, et resuscitari,
decrevimus, ac concessimus, prout eandem Authte, qua fungimur ordinaria, tenore præsentium una
cum regulis et Statutis eiusdem Nobis exhibitis approbamus, confirmamus, ac receptam, confir-
matamque declaramus, decernentes, ut hæc confraternitas non solum sub directione Parochi ibidem
semper permaneat, sed etiam Patronum Spiritualem, et Rectorem eiusdem præfatum modernum Parochum,
et omnes subsequentes, ac pro tempore existentes Parochos ibidem in sub. deputantes, eidemque
receptionem et inscriptionem fratrum et sororum gratis præstandas committentes, quos in visceribus
D̄ni Nostri Jesu Christi amanter complectimur, et paterne benedicimus. In Nomine SS.mæ et
individuæ Trinitatis. Amen. In quorum fidem &c. Datum in Consist.o Brixinæ die 29. 9bris [illegible]

Ferd. Jos. Ep̄us Hypsopolitanus
Vicarius Gnlis.

Jo. Georg. Spillmann Consist. Cancel.

1741

Caxa 3 l
procedidos — 24 l
———
3 . 24